

curtisani. Reg. S. Soph. Ben. II, 10; Ughelli X, 450; Troya 642. **228**

Febr. Beneventi in palatio. Gisolphus dux (Beneventanus) donat 'per rogam Taccunis vicedomini et Petruli gastaldi' Aioni iudici suo casam, quae fuit quondam Trimodi. Reg. S. Soph. Ben. III, 5; Ughelli X, 458; Troya 643. **229**

Apr. Spolet. in palatio. Lupo et Hermelinda 'gloriosi et summi duces' constituunt, ut in monasterio S. Georgii prope muros civitatis Reatinae sito monachae 'tam incolares, quam de diversis provinciis, hoc est Langobardae vel Francae' congregentur. Submittunt idem monasterium tuitioni et defensionis monasterii S. Mariae (Farfensis), praeficiunt eidem Domnolinam abbatissam, post cuius mortem ius abbatissae cum consensu abbatis Farfensis eligendae monialibus concedunt. 'Anno ducatus . . VI, . . per ind. IV, sub Immone gastaldo nostro'. Reg. Farf. 22; Mabillon, Iter Ital. I, 2, 50; Muratori, SS. II, 2, 339; Troya 644. **230**

Mai. Jun. — Lupone duce aut depulso aut mortuo Aistulfus rex ducatum Spoletinum sua manu retinet.

Jul. 4. Ravennae in palatio. Haistulfus rex confirmat, petente Fulcoaldo abbate, quatuor praecepta a Lupone duce monasterio S. Mariae (Farfensi) data, per Leodegarium episcopum (Spoletinum), missum eiusdem monasterii, ipsi oblata. 'Anno regni III, per ind. IV'. Reg. Farf. 23; Fatteschi p. 264 no. 10; Fantuzzi, Mon. Rav. V, 203; Troya 645. **231**

Nov. In Reate. Fulcualdus abbas et Grimualdus et Anso fratres presbyteri pacto conveniunt de rebus Claudiani presbyteri monachi S. Mariae, fratrum barbani, de quibus lis erat inter monasterium S. Mariae (Farfense) et fratres presbyteros, ut illi dum vivant usumfructum casalis Tuliani habeant. Cf. no. 218. 'Regn. d. n. Haistolfo . . a. regni eius III. et v. m. Probatu gastaldio civ. Reat. . . per ind. V'. Reg. Farf. 36; Troya 646. **232**

— Beneventi Gisulfo duci Beneventano mortuo succedit Liutprand, filius eius parvulus, cuius tutelam Scauniperga mater gerit. Cf. Hirsch p. 42; Oelsner, Pippin p. 444.

752. Ind. 5— Spt. 1—6; Aistulfi a. 3— Iul. 3—4.

Febr. 10. — Ursus clericus Ravennas, filius Iohannis ducis civitatis Ravennae, donat monasterio SS. apostolorum in castro Nonantula sito omnes res suas in comitatu Motinensi, in territorio Ravennati et Classensi, 'in finibus Faenses', Corneliensibus, Bononiensibus sitas. 'Regn. d. n.